

que illi abundabant, ad se derivaret. Aquæ autem sunt milites. Eadem allusione Jeremias usus est c. 2, 18 : *Et nunc quod tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam?* Aqua enim Nili turbida erat, unde Hebr., *obscurus* appellatus est.

VERS. 8. — *QUE IN TERRA BONA.* Omnes hoc de vite, hoc est, de Sedecia interpretantur, qui in Judæa erat fertilissimo solo, ut dixit v. 5 : *Et tulit de semine terræ, et posuit illud in terrâ seminis, ut firmaret radicem super aquas multas.* Quomodo ergo peti, aquas ex Ægypto? Quia nomen aquæ ambiguitur sumit. Cum dicit plantatum esse super aquas multas, aquas proprie sumit, solumque Judaicâ fertilitatem significat : cum autem ab Ægyptiis aquas peti, aquas milites auxillares appellat, quasi dicat Sedecias se regnum habere optimo loco, ut amplificari, florereque possit, tantum sibi milites deesse.

VERS. 9. — *EREGONE PROSPERABITUR?* Recte noster interpres Hieronymus, et particulam illativam, et interrogationem reddidit, quæ Hebraicæ non est. Necessario enim intelligi debet, ut etiam R. David admonuit. NONNE RADICES EJUS EVELET? prior aquila, id est, nomen Nabuchodonosor revellet Sedeciam à regno, in quo eum tanquam vitem plantaverat, et Babyloniæ captivum ducet? *FRACTUS EJUS DISTRICT.* Omnes ejus opes diripiunt. Et *SICCABIT, arefaciet, OMNES PALMITES.* Occident omnes filios ejus, 4 Regum 25, 7, et Jerem. 52, 10. ET NON IN BRACHIO GRANDI, non magnâ potentâ. Hæc verba nonnulli ad regem Ægypti referunt, ut R. Salomon, id est, rex Ægypti non veniet cum magnâ potentâ, ut Sedeciam jurare possit. Quod cum historiam non convenit, Nam apud Jerem., cap. 37, 4, legitur Babyloniæ ad regis Ægypti adventum Jerusolymitanam obsidionem solvisse. Alii referunt ad ipsum Sedeciam, ut R. David : quasi dicat, non poterit se Sedecias cum magnâ potentâ populoque liberare. Sed verus sensus infra declaratur v. 17. Non poterit rex Ægypti, quamvis cum magnâ potentâ et exercitu veniat Sedeciam liberare.

VERS. 10. — *ECCE PLANTATA EST.* Hebraismus, pro, an prosperabitur, quamvis bene nunc plantata sit? *VENTUS URENS.* Hebr., *ventus orientalis*, sic vocat regem Babyloniæ, quia, ut ait R. David, Babyloniæ Israel ad orientem septentrionalem sita erat, unde fit ut rex Babyloniæ aliquando aequivo, aliquando ventus orientalis appellaretur. Et *IN AREIS GERMINIS SUO, in eodem loco quo crevit, in ipsa Judæa.* Nam Sedecias, et ejus principes in Jerichontinis campis capti sunt, 4 Regum 25, 5, et Jerem. 52, 7, 8.

VERS. 12. — *AD DOMUM EXASPERANTEM, ad domum rebellem, ut supra, cap. 2, vers. 5, 6, 8, et cap. 3, vers. 9, 16, 27, et cap. 12, v. 2, 5, 9, 25.* Incipit ænigma declarare. *ASSUMET REGEM, Jechoniam, 4 Regum 24, 15.* Hæc est explicatio superioris versûs tertii et quarti.

VERS. 13. — *ET TOLLET DE SEMINE REGIO SEDECIAM* qui ex regio sanguine erat; explicat quod dixerat vers. 5 : *Ferietque cum eo fœdus, ut regnet, sed sibi sit vectigalis.* Quod quamvis in libris Regum non

scribatur, tamen colligitur ex hoc loco. Sed *ET FORTES TERRÆ TOLLET, principes multos apud se retinebit, Joachim scilicet, et ejus filios, ut vires regni debilitaret.* Hoc est quod sequitur.

VERS. 14. — *UT SIT REGNUM HUMILE.* Exponit versum 6 : *Humili staturâ, respicientibus ramis ejus ad cam.*

VERS. 17. — *FACIET CONTRA EUM, contra regem Babyloniæ; ut non solum noster interpres, sed etiam Chaldeus interpretatur.* Quamquam alii verba Hebraica aliter exponant, *וְיָסֵד, faciet illum, id est, opem feret illi, juvabit illum.* Rabbi David putat pronomen Hebræorum more redundare, quasi dicat, non congregabit rex Pharaon magnum exercitum. *IN JACTU AGERIS.* Cum jecerit (Nabuchodonosor) agerem, nihil poterit Pharaon Sedeciam adjuvare. Exponit hoc versum, quod versum 9 obscurius dixerat.

VERS. 18. — *ET DEDIT MANUM SEAM.* Pharaoni, ut Chaldeus vertit, id est, cum violasset fœdus quod interposito jurejurando cum rege Babyloniæ inierat, aliud fœdus cum ejus hoste Pharaone percussit. Alii interpretantur : *Dedit manum, id est, fidem Nabuchodonosori, quod mihi minus placet.*

VERS. 19. — *JURAMENTUM.* Hebraicæ est, *juramentum meum et fœdus meum, sicut Septuag. transtulerunt.* Vocat autem Deus juramentum et fœdus suum, non quod cum illo pactum esset; sed quod ejus interposito nomine initum fuerat. *PONAM IN CAPITE EJUS.* Sumam de illo penas ob violatum juramentum. Idem Hebraismus sup. cap. 9, 10, et cap. 11, 21, et cap. 16, 43.

VERS. 20. — *EXPANDAM.* Rete suum vocat Deus Chaldeorum exercitum, ut sup., cap. 12, 15, et inf., cap. 52, 5. *IN PRÆVARICATIONE.* Heb., *propter prævicationem.* Dicit Deus Sedeciam non solum in regem Babyloniæ, sed etiam in se prævicationem, quia juramentum per nomen Dei factum violavit.

VERS. 22. — *ET SEMAN EGO.* Pronomen ego emphatice positum est. Opponit enim se Deus Nabuchodonosori, qui de cacumine cedri sumpserat ut regnum Juda plantaret, ut vers. 5 dictum est; sed non bene successit : Deus idem se facturum dicit, benèque successurum. Sumet enim de medulla, de summo cacumine cedri, sicut v. 3, id est, ex nobilissimo Indæorum sanguine, ex genere regio Davidis, decerpit, inquam, ex eo tenerum stolonem, id est, Christum, plantabit que cum *SUPER MONTEM EXCELSUM, hoc est, regem constituet super Sion montem sanctum ejus, Psalm. 2, 6.* *Et regni ejus non erit finis, sicut fuit Sedecia, quod Nabuchodonosor plantaverat, Luca cap. 1, 53.* Hebraei hunc locum de Zorobabel interpretantur, sed non possunt que hic dicuntur in illum convenire : nam nec rex fuit, nec ejus dominatio perpetua.

VERS. 23. — *IN MONTE SUBLIMI ISRAEL.* In monte Sion, id est, in Ecclesia, Psal. 2, 6 : *ET ERIT IN CEDRUM MAGNAM.* Erit magnus rex. Cedrus enim inter arbores regnum tenet. *OMNES VOLUCRES.* Omnes reges, aut, omnes gentes ad Ecclesiam venient. Describitur regnum Christi eadem metaphorâ, quâ regnum

Nabuchodonosoris apud Danielem, cap. 4, 17, 18, 19. *INDIFICABIT.* Hebr., *habitabit.* Septuag., *requiescet.*

VERS. 24. — *ET SCIENT OMNIA LIGNA REGIONIS.* Omnia ligna agri, id est, omnes gentes etiam barbaræ, non solum Judæi ac domestici, qui quasi hortenses arbores sunt. *HUMILIABIT LIGNUM SUBLIME.* Sedeciam, qui se violato jurejurando nimium extulerat et rebellionem fecerat. *ET EXALTAVI LIGNUM HUMILE, Christum, ex imâ radice Jesse, que adeo latebat humilis sub terrâ,*

CAPUT XVIII.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :
2. Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud in terrâ Israel, dicentes : Patres conederunt uvam aceribam, et dentes filiorum obtusescunt?
3. Vigo ego, dicit Dominus Deus, si erit ultra vobis parabola hæc in proverbium in Israel.
4. Ecce omnes anime, meæ sunt ; ut anima patris, ita et anima filii mea est : anima quæ peccaverit, ipsa morietur.
5. Et vir si fuerit justus, et fecerit judicium et justitiam
6. In montibus non comederit, et oculos suos non levaverit ad idola domus Israel : et uxorem proximi sui non violaverit, et ad mulierem menstruatam non accesserit :
7. Et hominem non contristaverit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit : panem suum esurient dederit, et nudum operuerit vestimento :
8. Ad usuram non commodaverit, et amplius non acceperit : ab iniquitate avertit manum suam, et judicium verum fecerit inter virum et virum :
9. In præceptis meis ambulaverit, et judicia mea custodierit ut faciat veritatem : hic justus est, vitâ vivet, ait Dominus Deus.
10. Quod si genuerit filium latronem effundentem sanguinem, et fecerit unum de istis,
11. Et hæc quidem omnia non facientem, sed in montibus comedentem, et uxorem proximi sui pollutentem :
12. Egenum et pauperem contristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem, et ad idola levantem oculos suos, abominationem facientem :
13. Ad usuram dantem, et amplius accipientem : numquid vivet? non vivet cum universa hæc detestanda fecerit, morte morietur : sanguis ejus in ipso erit.
14. Quod si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui quæ fecit, timuerit, et non fecerit simile eis :
15. Super montes non comederit, et oculos suos non levaverit ad idola domus Israel, et uxorem proximi sui non violaverit :
16. Et virum non contristaverit, pignus non retinuerit, et rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit, et nudum operuerit vestimento :
17. A pauperis injuriâ avertit manum suam, usuram et superabundantiam non acceperit, judicia mea fecerit, in præceptis meis ambulaverit : hic

ut excisa esse videretur. Hoc enim est : *Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet, Isal. cap. 11, vers. 1.* Et *SICCABIT LIGNUM VIRIDE; Sedeciam et regnum ejus, quod florere videbatur.* Et *FRONDERE FÆCI LIGNUM ARIDUM, regnum Davidis in Christo, quod quasi arbor exaruisse videbatur; sed manebat adhuc occulta radix Jesse.* Et *FÆCI; præteritum Hebraicum pro futuro, id est, sicut dixi, ita faciam.*

CHAPITRE XVIII.

1. Le Seigneur me parla de nouveau, et me dit :
2. D'où vient que vous servez parmi vous de cette parabole, et que vous l'avez tournée en proverbe dans Israël, disant : Les pères ont mangé les raisins verts, et les dents des enfants en ont été agacées?
3. Je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, que cette parabole ne passera plus parmi vous en proverbe dans Israël!
4. Car toutes les âmes sont à moi; l'âme du fils est à moi, comme l'âme du père; l'âme qui a péché, mourra elle-même.
5. Si un homme est juste, s'il agit selon l'équité et la justice,
6. S'il ne mange point de viandes immolées sur les montagnes, et s'il ne lève point les yeux vers les idoles de la maison d'Israël; s'il ne souille point la femme de son prochain; s'il ne s'approche point de sa propre femme, lorsqu'elle a son incommodité naturelle;
7. S'il n'attriste personne, s'il rend à son débiteur le gage qu'il lui avait donné, s'il ne prend rien de bien d'autrui par violence; s'il donne de son pain à celui qui a faim, s'il couvre de vêtements ceux qui étaient nus;
8. S'il ne prête point à usure, et ne reçoit point plus qu'il n'a donné; s'il détourne sa main de l'iniquité, et s'il rend un jugement équitable entre un homme et un homme;
9. S'il marche selon mes préceptes, et garde mes ordonnances, pour agir selon la vérité; celui-là est juste, et il vivra très-certainement, dit le Seigneur Dieu.
10. Si cet homme a un fils qui soit un voleur, et qui répande le sang, et qui commette quelque une de ces fautes,
11. Quand même il ne les commettrait pas toutes; qui mange sur les montagnes; qui souille la femme de son prochain;
12. Qui attriste le faible et le pauvre, qui prenne par violence le bien d'autrui, qui ne rend point le gage à son débiteur, qui lève les yeux vers les idoles, qui commette des abominations;
13. Qui prête à usure, et amplius accipientem : numquid vivet? non vivet cum universa hæc detestanda fecerit, morte morietur : sanguis ejus in ipso est.
14. Que si cet homme a un fils qui, voyant tous les crimes que son père avait commis, en soit saisi de crainte, et se garde bien de l'imiter;
15. Qui ne mange point sur les montagnes, et qui ne lève point les yeux vers les idoles de la maison d'Israël : qui ne souille point la femme de son prochain;
16. Qui n'attriste personne, qui ne revienne point le gage à son débiteur, qui ne prenne point par violence le bien d'autrui; qui donne de son pain au pauvre, qui habille celui qui était nu;
17. Qui détourne sa main de toute injustice à l'égard du pauvre, qui ne prête point à usure, et ne reçoit rien au-delà de ce qu'il a prêté; qui observe mes ordonnances, et qui marche selon mes préceptes,

non morietur in iniquitate patris sui, sed vitâ vivet.

18. Pater ejus quia calumniatus est, et fecit vim fratri, et malum operatus est in medio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate sua.

19. Et dicitis : Quare non portavit filius iniquitatem patris? Videlicet, quia illius judicium et justitiam operatus est, omnia precepta mea custodivit, et fecit illa, vivet vitâ.

20. Anima quæ peccaverit, ipsa morietur : filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii : justitia justis super eum erit, et impietas impii erit super eum.

21. Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, et custodierit omnia precepta mea, et fecerit judicium et justitiam, vitâ vivet, et non morietur.

22. Omnium iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabor : in justitiâ suâ, quam operatus est, vivet.

23. Numquid voluntatis meæ est mors impii, dicit Dominus Deus, et non ut convertatur à viis suis, et vivat?

24. Si autem averterit se justus à justitiâ suâ, et fecerit iniquitatem secundum omnes abominaciones quas operari solet impius, numquid vivet? omnes justitiæ ejus quas fecerat, non recordabuntur : in prævaricatione quâ prævaricatus est, et in peccato suo quod peccavit, in ipsis morietur.

25. Et dixistis : Non est æqua via Domini. Audite ergo, domus Israel : Numquid via mea non est æqua, et non magis viæ vestre pravæ sunt?

26. Cùm enim averterit se justus à justitiâ suâ, et fecerit iniquitatem, morietur in eis : in injustitiâ suam operatus est, morietur.

27. Et cùm averterit se impius ab impietate suâ, quam operatus est, et fecerit judicium et justitiam : ipse animam suam vivificabit.

28. Considerans enim, et advertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vitâ vivet, et non morietur.

29. Et dicunt filii Israel : Non est æqua via Domini. Numquid viæ meæ non sunt æquæ, domus Israel, et non magis viæ vestre pravæ?

30. Idcirco unumquemque juxta vias suas iudicabo, domus Israel, ait Dominus Deus. Convertimini, et agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, et non erit vobis in ruinam iniquitas.

31. Projicite à vobis omnes prævaricationes vestras, in quibus prævaricati estis, et facite vobis cor novum et spiritum novum : et quare moriemini, domus Israel?

32. Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus : revertimini, et vivite.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DICENS. Verbum dicens, id est, quo mihi dicebatur, aut verbum Dei dicentis. Alii, ut ego dicerem, ut exponit R. David. Sed hoc minus usitatum est.

celui-là ne mourra point à cause de l'iniquité de son père; mais il vivra très-certainement.

18. Son père, qui avait opprimé les autres par des calomnies, et qui avait commis des actions criminelles au milieu de son peuple, est mort à cause de sa propre iniquité.

19. Si vous dites : Pourquoi le fils n'a-t-il pas porté l'iniquité de son père? c'est parce que le fils a agi selon l'équité et selon la justice, qu'il a gardé tous mes préceptes, et qu'il les a pratiqués; c'est pourquoi il vivra très-certainement.

20. L'âme qui a péché, mourra elle-même : le fils ne portera point l'iniquité du père, et le père ne portera point l'iniquité du fils; la justice du juste sera sur lui, et l'impieité de l'impie sera sur lui.

21. Si l'impie fait pénitence de tous les péchés qu'il avait commis, s'il garde tous mes préceptes, et s'il agit selon l'équité et la justice, il vivra certainement, et ne mourra point.

22. Je ne me souviendrai plus de toutes les iniquités qu'il avait commises; il vivra dans les œuvres de justice qu'il aura faites.

23. Est-ce que je veux la mort de l'impie, dit le Seigneur Dieu; et ne veux-je pas plutôt qu'il se retire de sa mauvaise voie, et qu'il vive?

24. Mais si le juste se détourne de sa justice, et qu'il vienne à commettre l'iniquité, et toutes les abominaciones que l'impie commet d'ordinaire, vivra-t-il alors? toutes les œuvres de justice qu'il avait faites, seront oubliées, et il mourra dans la perdition où il est tombé, et dans le péché qu'il a commis.

25. Après cela, vous dites : La voie du Seigneur n'est pas juste. Écoutez donc, maison d'Israël : Est-ce ma voie, qui n'est pas juste? et ne sont-ce pas plutôt les vôtres, qui sont corrompues?

26. Car lorsque le juste se sera détourné de sa justice, qu'il aura commis l'iniquité, et qu'il sera mort en cet état, il mourra dans les œuvres injustes qu'il a commises.

27. Et lorsque l'impie se sera détourné de l'impieité où il avait vécu, et qu'il agira selon l'équité et la justice, il rendra ainsi la vie à son âme.

28. Comme il a considéré son état, et qu'il s'est détourné de toutes les œuvres d'iniquité qu'il avait commises, il vivra certainement, et ne mourra point.

29. Après cela, les enfants d'Israël disent encore : La voie du Seigneur n'est pas juste. Sont-ce mes voies, qui ne sont pas justes, maison d'Israël? ne sont-ce pas plutôt les vôtres, qui sont corrompues?

30. C'est pourquoi, maison d'Israël, je jugerai chacun selon ses voies, dit le Seigneur Dieu. Convertissez-vous, et faites pénitence de toutes vos iniquités; et l'iniquité n'attirera plus votre ruine.

31. Rejetez loin de vous toutes les prévarications dont vous vous êtes rendus complices, et faites-vous un cœur nouveau, et un esprit nouveau. Pourquoi mourrez-vous, maison d'Israël?

32. Je ne veux point la mort de celui qui meurt, dit le Seigneur Dieu : revenez et vivez.

VERS. 2. — PARABOLAM VERITATIS. Hebr. : *Usurpare soletis proverbium hoc* : IN TERRA ISRAEL. Alii interpretantur : *De terra Israel*, id est, de vastatione terre Israel, ita R. David, et, ut videtur, Chaldaeus par-

phastes. Melius Septuaginta et Hieronymus : *In terra Israel*. Nondum enim vastata terra erat, ut de ejus vastatione proverbium jactarent. PATRES COMEDERUNT, id est, patres peccaverunt, et nos eorum filii pro ipsorum peccatis penas damus.

VERS. 3. — *SI ERIT*. Id est, quod non erit. Sæpè hujusmodi Hebraismum declaravimus, post verba jurandi affirmationem per negationem, et negationem per affirmationem esse resolvendam, ut Psal. 88, 58 : *Semel juravi in sancto meo, si David mentiar*, id est, quod non mentiar. Et Ps. 94, 11 : *Quibus juravi in ira mea, si introibunt*, id est, quod non introibunt. Et Is. 14, 14 : *Juravit Dominus exercituum, dicens : Si non ut putavi, ita erit*, id est, quod, ut putavi, ita erit.

VERS. 4. — *ECCE OMNES ANIMÆ MEÆ SUNT*. Anima hoc loco aut pro vitâ aut pro toto homine ponitur, ut in aliis innumeris locis; statim enim dicit : *ANIMÆ QUÆ PECCAVÉRIT*, id est, homo. Sensus ergo est : omnes homines, et eorum vitâ in meâ sunt potestate, possumque de illis facere quidquid velim : Ego enim sum qui vitâ et mortis potestatem habeo, et deduco usque ad portas inferi et reduco, Sap. 16, 15. Hoc idcirco dicit ut doceat non propterea se filios punire, quod patres punire non possit, quemadmodum homines facere solent, qui parvos et ignobiles fures puniunt; magnos, quia non possunt, non puniunt, quamobrem anancaram telis ille quondam philosophus leges comparavit, quæ muscas capiunt, à majoribus verò bestiis dirumpuntur. Non sic Deus : cùm enim omnes æqualiter in ejus sint potestate, omnes punire potest, nec est quidquam cause, cur propter reges, ut quidam poeta dixit, plectat Achivos. Alii interpretantur : *Omnes animæ meæ sunt*, per creationem, id est, ego solus ex nihilo eas procreavi, non parentes. Quod etsi est verum, non est ad rem. *ANIMÆ QUÆ PECCAVÉRIT*, hic locus valde difficilis, magnas inter theologos questiones excitavit. Ego sic interpretor, quemadmodum similem apud Jeremiam locum interpretatus sum, cap. 31, 29. Duplex est in hac questione difficultas; altera est, quomodo filii propter parentes puniantur, quod negare non possumus sæpè factum esse. Nam Davidis filius propter patris adulterium mortuus est; 2 Reg. 42, 18. Et Judæi propter peccata regis Manasse puniebantur, ut dicitur, 4 Reg., cap. 21, 12, 15, et 24, 2, 4, et apud Jerem., cap. 15, 4. Itaque quamvis immerito Judæi de Deo quærerent, tamen quod dicebant verum erat, filios propter parentum peccata puniri, occasioneque proverbio Scriptura quodam modo dederat. Ad hanc primam difficultatem rectè mihi videntur multi theologi respondisse, filios propter peccata patrum (nisi isdem ipsi teneantur) non animo, sed corpore puniri, quia corpore quiddam parentum sunt, idèoque usque in tertiam et quartam generationem puniunt, Exod. 20, 5, quia usque ad quartam generationem censentur veluti possessio patris esse. Altera difficultas est, quomodo promittat Deus hoc loco, fore ut deinceps filii propter parentum peccata non puniantur, cùm etiam hodierno die id fieri videsamus? Nam et Judæos propter summum illud ma-

lorum suorum scelus, quo Christum crucifixerunt, etiam nunc penas dare credimus. Ad hanc ego questionem simplicissimè respondeo non esse hanc sententiam, et illam quæ apud Jeremiam hinc similis est, generaliter de omnibus personis, et de omni tempore intelligendam; sed accommodatè ad id de quo agebatur; agebatur autem de penis quas Judæi propter peccata Manassis se luere querebantur; respondet Deus fore ut non amplius propter peccata Manassis puniantur, sed sui quisque peccati penas luat; et quia jam satis penarum propter peccata Manassis datum erat; aut, quia satis ipsi peccatorum habebant, ut meriti de illis Deus gravissimas penas sumeret.

VERS. 6. — *IN MONTIBUS NON COMEDERIT*. Idolothya quæ in montibus et collibus solebant immolari, 4 Reg. 16, 4, c. 17, 10, et 2 Paral. 28, 4, et Jer. 2, 20. ET OCULOS SCOS NON LEVAVÉRIT, adorandi aut invocandi causâ. Oculos levare propriè significat auxiliium postulare ut Psalm. 120, 1 : *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi*.

VERS. 8. — *AB INIQUITATE AVERTERIT*. Latine à rebus iniquè gerendis manus abstinuerit, si nihil per injustitiam et iniquitatem fecerit.

VERS. 9. — *UT FACIAT VERITATEM*, id est, quod justum, et æquitas, *emeth* enim, veritas pro æquitate sumitur, ut Psalm. 24, 10 : *Universæ viæ Domini misericordia et veritas*; similis aliis locis. *VITÂ VIVET*. Certò vivet, non morietur propter peccata Manassis.

VERS. 10. — *UNUM DE ISTIS*, malis quæ paulò ante commemoravi.

VERS. 11. — *ET HÆC QUIDEM OMNIA*, bona quæ dixi, non facientem filium generit. Hebr. *Et ipse hæc omnia non fecerit*.

VERS. 12. — *CONTRASTANTEM*, opprimentem, ut supra, versu 7.

VERS. 13. — *SANGUIS EJUS IN IPSO ERIT*; mortis reus erit, dignus erit morte, ut videtur Jonathan interpretari, aut, quod ego magis probò : *Sanguines ejus in ipso erunt*, ad verbum, id est, penas persolvat omnium homicidiorum quæ patravit; sicut aliorum sanguinem fudit, ita sanguis ejus fundetur; aut ipse sibi causa mortis erit, sicut infra, cap. 33, 4 : *Sanguis ipsius super caput ejus erit*.

VERS. 14. — *INIQUITATEM PATRIS SUI*, propter iniquitatem patris sui. Hebraismus.

VERS. 18. — *ECCE MORTUUS EST*. Morietur propter iniquitatem suam.

VERS. 19. — *ET DICITIS, et dixistis*, ad verbum, id est, quod si dixeritis quod si quis vestram à me petat cur non portabit filius iniquitatem patris, respondeo, quia judicium et justitiam operatus est.

VERS. 20. — *JUSTITIA JUSTI SUPER EUM ERIT*, id est, justus mercedem recipiet justitiæ suæ, et impius impietatis suæ penas dabit. Ex hoc loco perspicuum est, et in nobis aliquam esse nostram, ut vocant, inherentem, propriamque justitiam, quamvis ex Dei gratiâ et largitate profectam, et nos tam propriè ac verè eum gratiâ Dei benè agentes præmia mereri, quam sine illâ malè agentes supplicia meremur. De

premio enim just, et supplicio impij eodem prostris modo loquitur.

VERS. 21. — ERGIT FORTENTIAM, cum discesserit ab omnibus peccatis suis.

VERS. 22. — NON RECORDATOR. Sensus, non verba reddidit noster interpres, quæ Hebraice sunt, non memorantur illi, ad verbum, aut parum Latine: Non recordantur illi passivè, ut verit noster interpres, paulo post, vers. 24. Solent Calviniani hoc loco et aliis hinc similibus abuti, ut doceant nihil aliud esse peccata remitti quam ad penam non imputari. Nempe non animadvertunt quid eos absurdum consequatur: Si peccata remitti nihil aliud est quam ad penam non imputari, quamvis revera maneat; peccata non remitti nihil aliud erit quam ad penam imputari, quamvis revera non maneat. Itaque Deus homines sine ulla verè ipsorum culpâ sæpè punivit: quod non minus impium quam absurdum est.

VERS. 25. — NUMQUID VOLUNTATIS MEÆ. Hebr.: Num volendo volam mortem impij? id est, an ego morte impij delectabor? Rectè hoc theologi de voluntate Dei antecedente interpretari solent. Nam voluntate, quam vocant, consequenti, vult Deus mortem impij, si quidem mortem illi inferat: sed dicitur nolle, quia prima ejus voluntas, et ut ita loquar, intentio non fuit, ut quisquam moreretur, sed ut omnes viverent: peccatum autem effecit, ut Deus à suâ justitiâ quodammodo coactus mortem peccatoris velit.

CAPUT XIX.

4. Et tu assume planctum super principes Israel,

2. Et dices: Quare mater tua leona inter leones cubavit, in medio leonulorum enutrivit catulos suos?

5. Et eduxit unum de leonculis suis, et leo factus est: et didicit capere prædam, hominemque comedere.

4. Et audierunt de eo gentes, et non absque vulneribus suis ceperunt eum: et adduxerunt eum in catenis terram Ægypti.

5. Que enim vidisset quoniam infirmata est, et perit expectatio ejus: tulit unum de leonculis suis leonem constituit eum.

6. Qui incedebat inter leones, et factus est leo: didicit prædam capere, et homines devorare:

7. Didicit vidus facere: et civitates eorum in desertum adducere: et desolata est terra, et plenitudo ejus, à voce rogitis illius.

8. Et convenerunt adversus eum gentes undique de provinciis, et expandentur super eum rete suam: in vulneribus eorum captus est.

9. Et miserunt eum in carcerem, in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis: miseruntque eum in carcerem, ne audiret vox ejus ultra super montes Israel.

10. Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata est: fructus ejus et frondes ejus creverunt ex aquis multis.

11. Et facta sunt ei virgæ solidæ in scepra dominan-

Nam quod Calviniani dicunt, fecisse Deum nonnullos homines ad interitum, impietatis plenum est. Hoc est quod dicitur Sap. 1, 15, 14: Deus mortem non fecit, nec letatur in perditione vivorum; creavit enim et creavit omnia. Et cap. 2, 25, 24: Deus creavit hominem inextinguibilem, et ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Invidiâ autem diaboli mors introivit in orbem terrarum.

VERS. 25. — ET DIXISTIS, id est, quod si dixeris non esse æquam viam Domini, audite quid vobis respondeam: Numquid via mea non est æqua, et non magis via vestrae pravæ sunt? et explicavimus v. 19.

VERS. 26. — MORIETUR IN EIS. In eâ iniquitate, singulare pro plurali.

VERS. 29. — ET DICENT. Et tamen dicunt, aut, quod si dixerint, ut versu 19, et 25. FILII ISRAEL, domus Israel, ut paulo post repetit, et in Sept. vertunt: sed quia idem est Filii Israel, et Domus Israel, quod attinet ad sensum, Hieronymus vertit: Filii Israel, aut forte pro Beth, legit bene.

VERS. 30. — ET NON ERIT VOBIS IN REINAM INIQUITATIS. Non erit vobis causa mortis.

VERS. 31. — QUARE MORIEMINI? Si hoc feceritis, nihil cause erit cur moriamini; non enim voluntatis meæ est mors vestra, ut dixit versu 25. Peccatum solum vobis est causa mortis; quare moriamini? id est, cur sponte vestrà mori vultis? cur non arripitis salutem quam vobis offero?

CAPITULUM XIX.

1. Et vos, faites un grand deuil sur les princes d'Israel,

2. Et dites: Pourquoi votre mère, qui est une femme, s'est-elle reposée parmi les lions, et pourquoi a-t-elle nourri ses petits au milieu des lionceaux?

5. Elle a produit un de ses lionceaux; et il est devenu lion; il s'est instruit à prendre la proie, et à dévorer les hommes.

4. Les peuples ont entendu parler de lui, et ils l'ont pris, non sans en recevoir beaucoup de blessures; et ils l'ont enmené enchaîné en Egypte.

5. Mais la mère, voyant qu'elle était sans force, et que ses espérances étaient ruinées, prit un autre de ses lionceaux, et l'établit pour être lion.

6. Il marcha parmi les lions; et il devint lion: il s'instruisit à prendre la proie, et à dévorer les hommes.

7. Il apprit à faire des veuves, et à rendre les villes désertes; et au bruit de son rugissement, toute la terre fut désolée.

8. Alors les peuples de toutes les provinces s'assemblèrent contre lui: ils jetèrent sur lui leurs filets; et ils le prirent, non sans recevoir des blessures.

9. Et ils le mirent dans une cage; ils le menèrent au roi de Babylone chargé de chaînes; et ils le renfermèrent dans une prison, afin qu'on n'entendit plus à l'avenir son rugissement sur les montagnes d'Israel.

10. Votre mère était comme une vigne qui avait été plantée dans votre sang, sur le bord des eaux; elle avait crû sur les grandes eaux, et elle avait poussé son bois et son fruit.

11. Les branches solides qui en étaient sorties étaient devenues les sceptres des princes; sa tige s'élevait élevée au milieu de ses branches; et elle s'était

tium, et exaltata est statura ejus inter frondes: et vidit altitudinem suam in multitudine palmitum suorum.

12. Et evulsa est in irâ, in terramque projecta, et venus urens sicavit fructum ejus: marcuerunt, et arefactæ sunt virgæ roboris ejus: ignis comedit eam.

13. Et nunc transplantata est in desertum, in terrâ inivâ et sitienti:

14. Et egressus est ignis de virgâ ramorum ejus, qui fructum ejus comedit: et non fuit in eâ virgâ foris, sceptrum dominantium. Planctus est, et erit in planctum.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FILII HOMINIS. Hæc duo verba nunc Hebraice non leguntur, neque Hieronymus et Sept. vertunt, sed consuetudine fortassè ad nostram versionem addita sunt. ASSUME PLANCTUM, sume lamentationem SUPER PRINCIPES ISRAEL, id est, deplora ac luge calamitatem principum Israel. *Kinah* proprie lugubre carmen significat, quales sunt Jeremie lamentationes, quæ propterea, ab Hebr. *Kinoth*, appellantur; et illæ quæ in obitu Josie regis dicuntur fuisse decantatæ, 2 Paral. 35, 25, propterea autem dicitur super principes Israel, quia eorum potissimum captivitatem et miserabiles casus deflet.

VERS. 2. — QUARE MATER TUA. Quomodo factum est ut mater tua, id est, Jerusalem similis sit leonæ, quæ brevi tempore multos catulos et nutrit et amicit? Mater tua, pro, mater vestra, quia cum unoquoque eorum loquitur: aut, mater tua, ô Propheta. Adnotavit R. David, *mah*, hoc loco particulam esse dolentis, sicut supra, cap. 16, versu 50. Hebr., quomodo infirmum est cor tuum, quasi dicat: Heu! quomodo mater tua facta est similis leonæ, quæ cum inter leones cubisset, multos catulos genuit, sed omnes brevi tempore amisit; sicut Jeremias suas lamentationes orsus est: Quomodo sedet sola civitas plena populo? IN MEDIO LEONULORUM, id est, cum inter leones versata sit, et cum eis concubuerit; leones vocat pristinos reges, quos habebat Jerusalem, ex quibus genuit catulos, id est, novos istos reges Joachaz, Jechoniam, Sedeciam, quorum calamitatem deflet, quos idè catulos comparat, quia superiorum regum comparatione parvi fuerunt; sub illis enim regnum collabi cepit. ENUTRIVIT CATULOS SUI, id est, brevi tempore multos reges genuit, ut rectè Theodoretus observavit. Nam Joachaz tribus tantum regnavit mensibus, 4 Regum 23, 31. Jechonias alii tribus, 4 Reg. 24, 8.

VERS. 3. — ET EDUXIT, eduxit, Hebr., ascendere fecit, id est, exiit ad regiam usque dignitatem, et ex catulo leonem fecit, ut scribitur, 2 Par. 36, 1 et 4 Reg. 25, 30: Tulitque populus terræ Joachaz filium Joiaz, et eleverunt eum et constituerunt eum regem pro patre suo. Et Joachaz enim loquitur, quemadmodum non solum nostri, sed etiam Hebræi interpretantur, idque ex historia manifestum est. DIDICIT CAPERE PRÆDAM, id est, factus est leo, id est, rex, qui potestatem habere occidendi homines, ut Chaldaus dicitur ex-

vue dans une grande hauteur parmi la multitude de ses branches.

12. Mais ensuite elle a été arrachée avec colère et jetée contre terre; un vent brûlant a séché son fruit; ses branches si vigoureuses ont perdu leur force, elles sont devenues toutes sèches; et le feu l'a dévorée.

13. Maintenant elle a été transplantée dans un désert, dans une terre sans eaux et sans routes.

14. Et il est sorti une flamme du bois de ses branches, qui a dévoré son fruit; en sorte qu'elle n'a plus poussé de bois assez fort pour porter le sceptre des dominateurs. Tout ceci est digne de larmes, et il deviendra un sujet de larmes.

ponere: aut indicat præterea factum esse crudelem, qui populum vexaret, multosque innocentes occideret, ut significatur, 4 Regum 23, 32: Et fecit malum coram Domino, juxta omnia quæ fecerant patres ejus.

VERS. 4. — ADHERENT DE EO GENTES. Audierunt ejus famam; quod homo ferox esset, et ad bella concitanda proclivis; aliud ad consuetudinem venandorum leonum. Cum enim circumvicini populi leonem aliquem, aut ursum, in agro versari audiant, factâ manu convenire solent, ut eum capiant; propterea dicit: Audierunt de eo gentes; et non absque vulneribus suis, ipsarum gentium, sicut leones non sine magno periculo capi solent. Hebr., in perditione eorum, quod noster interpres dixit, non absque vulneribus suis. Alii, rete eorum captus est, ut Chald. paraphr. Alii, in foveâ eorum, ut Hieronymus: ut alludat ad modum quo leones et alia hujusmodi ferocissimæ bestie capi solent, factis foveis, in quas cum ceciderint, evadere non possint. ET ADDUXERUNT IN CATENIS, catenis vincunt, sicut leones vinciri solent. Historia est 4 Regum 25, 33: Vincitque eum Pharao Nechao in Rebla, quæ est in terrâ Emath.

VERS. 5. — QUE MATER TUA, quam vocavit versu 2. QUONIAM INFIRMATA EST, cum vidisset se filio ac rege suo orbatâ, ut 1 Reg. 2, 5: Quoniam sterilis peperit plurimos, et quæ multos habebat filios, infirmata est; id est, illis orbatâ est, ita R. Salom. interpretatur, eodemque sensu Septuag. reddiderunt, quod Hebraice legitur: Quod ablatus à se esset (filius). Alii, cum vidisset spem suam perisse, ut Jonathas et R. David exponunt. Utrumque sensum verbum Hebraicum habere potest, sed nostra versio mihi magis placet. TULITQUE UNAM DE LEONCULIS SUI, de catulis suis, ut versu 2 et 5, loquitur autem de Eliacim, qui Joacim cognomento dictus est, quem Pharao Nechao rex Ægypti pro Joachaz regem constituit, 4 Reg. 25, 34, et 2 Paral. 36, 4. Dicitur autem mater ejus, id est, Jerusalem regem eum constituisse, quia Pharao cum populi consensu et approbatione id fecit, ut annotavit R. David.

VERS. 6. — QUI INCEDEBAT INTER LEONES, id est, rex magnus ac potens similis cæteris factus est, ut Joachaz dixit vers. 5.

VERS. 7. — DIDICIT VIDUS FACERE. Hebr.: Et novit viduus ejus, ad verbum, locus est obscurus. Primùm, relativum est sine antecedente, quod apud Hebræos sæpè fit, nisi dicamus referri ad leonem, et vertamus:

Novit viduas suas. Nonnulli putant verbum *ieda* hoc loco non significare scire aut cognoscere, sed contemnere, quemadmodum aliquando significat, et nomen *alenmah* non significare viduam, sed palatium, ut Isai. 15, 22: *Respondent tibi ulule in palatiis ejus*, sive quod nomen ambiguum sit, et aliquando viduam, aliquando palatium significat, ut multi putant; sive quod *resch* mutetur in *lamed*, ut aliis placet. Igitur Chaldaeus paraphrastes hoc sensu vertit: *Destruxit palatia ejus.* Alii propriam verborum significationem retinentes, cognovit viduas ejus, pro eorum; quasi dicit: occidit multos homines, et cum viduis mulieribus eorum rem habuit, ut R. Salomon et R. David, multi- que Hebraizantes interpretantur: Quod mihi nullo modo placet. Agit enim de leone, qui homines quidem solet occidere, sed cum viduis rem habere non solet. Sic igitur interpretor: Novit viduas, ejus scilicet hominis quem occidit, ut dixit versu precedente, ubi singulare pro plurali positum est, id est, expertus est multas viduas, quod optime noster interpretes expressit, dicens: *Didicit viduas facere.* Hæc enim periphrasi solet Scriptura virorum cædem significare, ut Psalm. 108, 9: *Fiant filii ejus orphanæ, et uxor ejus vidua;* et Jerem., cap. 15, vers. 8: *Multiplicatae sunt mihi viduæ ejus, super arenam maris, et cap. 18, 51: Fiant uxores eorum absque liberis, et viduæ, et apud hunc ipsum Ezechielum locus est huic valde similis infra, cap. 22, 25: Sicut leo rugiens, rapiensque præeam, animas devoraverunt, opes et pretium acceperunt, viduas ejus multiplicaverunt in medio illius. Et CIVITATES EORUM, hominum quos occidit; mutavit numerum, qui prius singulari pro plurali usus fuerat. Non est legendum, *eorum*, ut nonnulli libri habent, sed *eorum*, genere masculino, ut Hebraicè est. A voce, propter vocem, frequens Hebraismus, id est, eo comminante, et quasi leone rugiente omnes civitates suas descrebant et alio fugiebant.*

VERS. 8.—*ET CONVERSERUNT.* Hebr., *et dederunt super eum* (sub.) signum, ut conveniret, ut Jerem. 50, 2: *Annuntiate in genibus, et auditum facite, levate signum;* et 51, 12: *Super muros Babylonis levate signum, augete custodiam.* Alii interpretantur, *dederunt vocem suam*, id est, sublato clamore irruerunt, ut R. David. GENTES UNDEQUE. Hoc intelligitur ex 4 Regum 24, 2: *Inmisitque ei Dominus latrunculos Chaldaeorum, et latrunculos Syriarum, et latrunculos Moab, et latrunculos filiorum Ammon: et immisit eos in Judam, ut disperderent eum.* RETE SCUM. Exercitum vocat rete, ut supra cap. 12, 15, et cap. 17, 20, et infra, cap. 52, 3. IN VULNERIBUS EORUM. Non sine periculo in perditione eorum, vel in foveâ eorum, ut versu 4, loquitur autem de Eliacim, seu Joacim, et Jechoniâ, quasi de uno rege, quia Jechonias Eliacim successit. Latrunculi enim non in Jechoniam, sed in Eliacim missi sunt; et Jechonias, non Eliacim captus est, 4 Reg. 24, 2, 15.

VERS. 9.—*NE AUDIRET VOX EUS.* Alludit ad metaphoram leonis, qui in montibus rugire solet, omnesque bestias perterrefacere. Fuit autem Jechonias in carcere propter suspitionem rebellionis, ut tradunt

Hebræi, usque ad mortem Nabuchodonosoris, et regnum Evilmerodach, 4 Reg. 25, 27, et Jerem. 52, 51.

VERS. 10.—*MATER TUA.* O rex, ô princeps! Principibus enim loquitur, ut illi mandavit, Deus vers. 1. Est autem hæc secunda pars capitis, quia alia metaphora vitis idem dicit quasi vinea, sicut vitis. IN SANGUINE TUO. R. Salomon et R. David exponunt ad similitudinem tuam, quasi positum sit *damech*, pro *damechæ*, et sensus sit, sicut tu, ita et mater tua, sicut vitis juxta aquas tuas plantata est. Hieronymus: *In sanguine tuo*, ut nomen significat, id est, in flore tuo, ut flos propter ruborem sanguinis appelletur, atque in hanc sententiam Septuag. verterunt: *Sicut flos malogranaui.* Alii: *In sanguine tuo*, id est, in progenie tuâ regiâ, quasi dicat, mater tua regio sanguine fecundissima fuit, multosque filios regum generavit, sicut supra dixit vers. 2: *Enutritus catulos suos, multiplicavit catulos suos.*

VERS. 11.—*VIRGÆ SOLIDÆ IN SCEPTA,* id est, ut ex illis regnum fieri possent; quasi dicat, multi erant ex regio sanguine, qui reges esse possent. INTER FRONDES, inter densiores, et perplexiores ramos, id est, præcæteris civibus ii, qui ex sanguine regio erant, eminebant. ET VIDET, id est, videndo sibi placuit, et in superbiâ elata est. Hieronymus et Septuag. activè legerunt *vidit.* Hebræi nunc passivè legunt, *visa est*, id est, *apparuit*, in altitudine suâ. Utrouque enim modo remotis punctis legi potest, et uterque sensus congruus est.

VERS. 12.—*ET EVULSA EST IN IRA,* magnâ vi, subitoque impetu, sicut arbores vehementer vento radicibus evelli solent; hæc metaphora significat non solum Jechoniam, qui quasi truncus, et principium, qui quasi rami erant; sed Sedeciam et totius populi captivitatem, ita ut in urbe nemo remaneret, quasi civitas radicibus esset evulsa, ut apparet, 4 Reg. 25, 11, et Jerem. 52, 15. Hanc evulsionem sæpè Deus fuerat comminatus, ut 3 Regum 14, 15: *Evellet Israel de terrâ bonâ hâc, quam dedit patribus eorum, et ventilabit eos transfra-men.* Et 2 Paral. 7, 20: *Evellam vos de terrâ meâ, quam dedi vobis; et domum hanc, quam sanctificavi nominis meo, projiciam à facie meâ.* IN TERRAM PROJECTA, in Chaldaeam. ET VENTUS URENS. Rex Babylonis; Hebr., *ventus orientalis:* erat enim Babylon ad ortum septentrionalem Jerosolymis, ut supra ex R. David adnotatum omnem thesaurum. VIRGÆ ROBORIS, validæ, *solidæ in sceptra dominantium*, ut dixit versu precedente, id est, filii Sedeciae, qui in regnum successuri erant, sceptraque recturi occisi sunt, 4 Reg. 25, 7, et Jerem. 52, 10. IGNIS COMEDIT EAM. Jerusalem quas vineam ignis absumpsit, 4 Regum 25, 9, et Jerem. 52, 15. Hebr., *comedit eum*, genere masculino; quod refertur ad sensum, non ad vocem, quia per *virgam roboris ejus* intellexerat Sedeciam, ut ait R. David, quem dicitur ignis consumpsisse, quia in captivitate sine successore mortuus est.

VERS. 14.—*EGRESSUS EST IGNIS.* Hoc nonnulli de Ismaele interpretantur, qui ex virgâ aut trunco ramo-

rum ejus egressus, id est, ex regio sanguine progenitus, Godoliam et omnes Judæos, qui cum eo in Judæâ remanserant, interfecit, et velut ignis absumpsit, Jerem. 44, 2, 3, et 4 Regum 25, 25. Ita Hieronymus et Theodor. *Egressus est ignis*, id est, pœna, quæ eam consumpsit, ex iniquitate regum ac principum ejus processit. Sic Chald. paraphrast, et R. Salomon interpretantur. Alii, ut R. David: *Egressus est Sedecias ex genere ejus regio*, qui quasi ignis omne regnum ejus devoravit, quia causa fuit excidii, et ultimus rex. Hoc est quod sequitur, NON FUTIT, id est, non remansit

CAPUT XX.

1. Et factum est in anno septimo, in quinto, in decimâ mensis: venerunt viri de senioribus Israel, et interrogarent Dominum, et sederunt coram me:

2. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

3. Fili hominis, loquere senioribus Israel, et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Numquid ad interrogandum me vos venistis? vivo ego, quia non respondebo vobis, ait Dominus Deus.

4. Si judicas eos, si judicas, filii hominis, abominationes patrum eorum ostende eis;

5. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: In die, quâ elegi Israel, et levavi manum meam pro stirpe domus Jacob, et apparui eis in terrâ Ægypti, et levavi manum meam pro eis, dicens: Ego Dominus Deus vester:

6. In die illâ levavi manum meam pro eis, ut educerem eos de terrâ Ægypti, in terram quam provideram eis, fluentem lacte et melle: quæ est egregia inter omnes terras.

7. Et dixi ad eos: Unusquisque offensiones oculorum suorum abiciat, et in idolis Ægypti nolite pollui; ego Dominus Deus vester.

8. Et irritaverunt me, nolueruntque me audire: unusquisque abominationes oculorum suorum non projecit, nec idola Ægypti reliquerunt. Et dixi ut effunderem indignationem meam super eos, et implem iram meam in eis, in medio terræ Ægypti.

9. Et feci propter nomen meum, ut non violaretur coram gentibus, in quarum medio erant, et inter quas apparui eis ut educerem eos de terrâ Ægypti.

10. Ejeci ergo eos de terrâ Ægypti, et eduxi eos in desertum.

11. Et dedi eis præcepta mea, et judicia mea ostendi eis que faciens homo vivet in eis.

12. Insuper sabbata mea dedi eis, ut essent signum inter me et eos, et scirent quia ego Dominus sanctificans eos.

